

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ad Solennissimam LXXV. Magistrorum Renunciationem Tertii Academiae Jubilæi Feria Tertia h.e. Die VI. Decembris Anno Salutis M. DCC. IX. In Templo ...

Ludovici, Christian

Lipsiæ, [1709?]

VD18 12286842

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202568



Literatorum Nomenclaturam Sacram, ex Pandectis V. T. eruere, aliquo abhinc tempore occæpi. Cumque hætenus ea, quam in Promotionibus Academicis solemnes Actus præbuerunt, captata occasione, Nomina **מורה** & **מורה** ex fontibus derivata ostenderim: simili jam oblata occasione, postquam in ipsis Literatorum Lipsiensium Secularibus sacris, in tertio Academiae Jubilæo, non minus Philosophorum quam aliorum Doctorum Collegio solennissimam, ut vocant, Promotionem, Indulgentissimi Principis Clementia adornare licet, Literatorum Titulum **סופר** in disquisitionem vocari visum fuit. Dubium quidem non est, fore multos, qui ubi legent, eruditos à populi Dei V. fœderis **סופרים**, & Chaldæorum dialecto **ספריא** dictos, eaque vocabula ab interpretibus latinis vulgò Scribas transferri, hos parum ex dignitate splendidissimi literatorum ordinis ita nuncupatos fuisse autumaturi sint. At enim vero, cum simul intellexerint isti, quid vocabulum **סופר** literatis datum primariò & ex usu, quem hic unice spectamus, sacro ac biblico significet; quàm illustres Israelitæ negotiis amplissimis cum sacris tum civilibus præpositi, ipseque adeo Spiritus S. eodem compellari consueverint; quanta **סופרים** dignitas, quæ munia eorum fuerint, tum profecto paulò magnificentius de eo sentient juxtaque loquentur. **סופר** ex Participio Conjugationis 1. Activæ verbi **ספר** Nomen factum, ubique Nominis, nusquam, si de omnibus unum locum Es, XXXIII. 18. eximas, Participii notionem evi-

center certoque obtinet. Ipsum vero verbum significat primo *numerare ordine, per numeros recensere*, tam in Conjugat. I. ut Gen. XV. 5. סָפֵר *numera stellas*, conf. c. XXXI. 13. quàm in Conjug. II. ut Ps. XXII. 18. אֶסְפֹּר *numerare possum, vel numeranda exhibeo omnia ossa mea*, conf. Pl. XLIX. 13. Ex hac significatione sunt Nomina indubitato סָפֵר *numeratio* & מִסְפָּר *numerus*, 2. Chron. II. 16. dubiè (1) pluralis סִפְרוֹת *numeri* Ps. LXXI. 15. ex eadem hac significatione originem habet Ziphra multis multarum gentium linguis commune vocabulum; sed ex hac significatione nullibi reperitur סִפְרָא substantivum, ut sic dicam, *numerator*. (2) Deinde significat *recitare ordine, distincte & velut ad numeros; apposite & accurate alterius* (3) *cogitata & gesta enarrare, recensere*. Quam verbi significationem ut Conjug. I. non nisi in participio nominaliter usurpato certo retinuit (4) ita in secunda Conjugat. nihil eà frequentius est, Ps. LXXV. 2. סִפְּרוּ *recitarunt omnia mirabilia tua*, Psal. CXIX. 13. לִפְתֵּי סִפְּרִי *recitavi omnia judicia oris tui*, 2. Reg. IIX. 4. סִפְּרָה *enarra, quæso, mihi omnia magnalia, quæ fecit Elisa*: & per translationem, Ps. XIX. 2. כִּסְפֵּי הַשָּׁמַיִם *enarrant gloriam Dei*. Juxta notionem hanc substantivum סִפְּרָא, si vocis etymon spectes, generatim significat lectorem & Recitatorem eum, qui alterius mentem, decreta factaque ordine, distincte, & quod ex

- (1) non enim respuit σὺνὰ φησὶ textus significationem narrationis, hoc sensu: quia non novi, h. e. non ratas habeo narrationes, fabulas & traditiones hominum. præcedit: *os meum narrabit iusticiam TUAM & salutem TUAM* non aliorum; sequitur, nam aliorum narrationes non agnosco. (2) Ut neque in latina lingua à numerare numerator, neque in Græca ἀριθμεῖν ἀριθμητής: ab generalibus ejusmodi actionibus, non accommodatis ad certum objectum nomina actorum raro descendunt; (3) Non enim vana est observatio Philologica Gussæti-Bloësenfis, eum, qui dicitur סִפְּרָא, narrare verba alius intelligi. Nam hoc dato, אֶסְפֹּר Ps. II. 7. non est recitantis proprium decretum, sed ab alia persona factum. (4) Ut רִבְּקָה aliaque plura significationem non nisi in Participio Kal nominaliter usurpato retineant.

ex prima significatione simul habet, velut ad numeros exponendo legit & recitat, apte accurateque ea enarrat atque recenset. Vi vocis ergo, cum speciatim ad literatos accommodatur סופר designare potest eruditum recitatorem, Lectorem, Doctorem, qui v. g. in Theologia exegetica distincte legendo, recitando & enarrando, mysteria legis, *לִּגְיוֹן תֵּשֶׁה* pandit, atque explanat, Neh. IIX. 9. Ps. CXIX. 13. ad dubia & controversa circa Religionem expeditissime respondet, Neh. IIX. 15. Qui in Theologia Thetica enarrat Majestatem Numinis divini, Psal. LXXV. 7. Attributa divina, attributum justitiæ Ps. LXXI. 15. &c. decreta divina Ps. L. 16. cogitationes divinas, Ps. XL. 6. opera divina partim interna, opus æternæ generationis filii consubstantialis Patris, Ps. II. 7. partim externa, Psal. XL. 6. XCVI. 3. opera divinæ Majestatis & gloriæ. 1. Chron. XVI. 24. Exod. IX. 16. Opera stupendæ potentia, Ps. XXVI. 7. XLIV. 2. admirandæ providentiæ, Ps. LXXIII. 16. Qui incarnationis, exinanitionis atque exaltationis a seculis reconditum mysterium pie enunciat, Es. LII. 15. locum de justificatione, de justitia fidei, de salutifera per Christum parta redemptione explanat; Qui in Theologia Homiletica, laudes divinas explicatè, abundanter, illuminatè & rebus & verbis dicit, Nehem. IIX. 6. Ps. LXXXV. 2. CVII. 22. nomen Dei fratribus suis annunciat, Ps. XXII. 23. Vicia aperte coarguit, viciosos minis insequitur, Joel. I. 3. Designare potest enarratorem & Professorem humanæ sapientiæ, sive is fuerit Historicus, res gestas Gen. XXIV. opera Dei Ps. IX. 2. XLIV. 2. LXXXIX. 3. Joh. I. 3. Res ecclesiæ, miracula Prophetarum 2. Reg. IIX. 4. 6. cultum idololatricum Ezech. XII. 16. & similia referens: sive Geographus facer, Palatia Zionis Ps. XLIX. terram lacte & melle fluentem delineans, Num. XIX. 27. sive Physicus naturæ phenomena explanans Ps. XIX. 2. Quam etymologicam atque formalem vocis significationem, quo magis usus biblicus per universum codicem sacrum multis perspicuis & illustribus exemplis corroborat, hoc minus a nobis in dubium vocari par est. Qua de causa, etsi

vocabulum סֵפֶר non excludat, immo suo modo includat actum scribendi; scriptio tamen nequaquam, tum etiam, cum de literatis agitur, formalis denominationis ratio esse, atque eum, cujus functio vel unice vel saltem primario in scriptione consistit, significare potest. Accedit primo, verbum סֵפֶר in scribendi significatione vel plane non usurpari, vel certe non necessario in eadem exponendum esse; (5) at in recitandi, narrandi & recen-

- (5) Loca, quæ significationem scriptionis habere videntur sunt (α) Pl. LVL. 9. agitationem meam סִפְרָתָהּ *scripsisti*, in librum & acta regulisti, sequitur enim בְּסִפְרָתְךָ in libro tuo. In hunc sensum exposuit Psalten Sal. Ben Melech ad h. l. כְּתִיבָהּ עֵינֵי כְּתִיבָהּ וְכִן הָלַךְ בְּסִפְרָתְךָ וְיֵשׁ מִפְרָשֵׁי סִפְרָתָהּ עֵינֵי סִפְרָהּ וְהַגִּידָהּ וְשֵׁנִי הָעֵינִים קְרוּבִים כִּי כְּתִיבָתָהּ הַסֵּפֶר הוּא סִפְרָהּ : וְהִרְבֵּי יָם, vox סִפְרָתָהּ habet significationem scribendi quæ similiter infra in phrasi הִיא בְּסִפְרָתְךָ obtinet, sunt qui interpretantur vocem סִפְרָתָהּ in significatione relationis & prædicationis : sed hæc duæ significationes cognatæ sunt, quia scriptio libri est relatio rerum. conf. Kimchi ad h. l. ut vero Sal. Ben Melech negare hand potest, exponi ab aliis, & exponi posse in significatione relationis & prædicationis, ita Lutherus in significatione numerandi exponi posse docet : Zähle meine Thränen. (β) Pl. LXXXVII. 6. Dominus יִסְפֹּר בְּכִתְּוֹב עַמּוֹ scribet per scripturam gentium : arrisit significatio scribendi Sal. Ben Melech וְרָאִיכֶם פִּירְשׁוּ עֵינֵי סִפְרָהּ וְהַגִּידָהּ יִסְפֹּר עֵינֵי כְּתִיבָהּ vox יִסְפֹּר habet significationem scriptionis, Rabbi Aben Esra vero exponit in significatione narrationis & relationis, sequutus est Kimchium qui ita commentatur עֵינֵי יִסְפֹּר עֵינֵי יִסְפֹּר וְהַכְּתִיבָהּ הִיא גִּירָתוֹ : יִסְפֹּר *significat scribet, scriptio vero est decretum ejus* (Dei) Fatetur & hic Sal. Ben Mel. salvo sensu in prædicationis & relationis significatione adhiberi posse, quem Lutherus amplexus est : Der Herr wird predigen lassen in allerley Sprachen; accedit תּוֹ יִסְפֹּר contradistingui תּוֹ בְּכִתְּוֹב, atque ut latius per hoc tanquam strictius determinari hoc sensu, prædicabit scripturæ adminiculo. (γ) Es. XXXIII. 18. Ubi est scriba, ubi appensor, ubi סִפְרָהּ הַמְגִידִים *scri-*

censendi notione ultra septuagies : deinde aliquando actui scribendi contra distinguitur Ps. LXXXII. 6. Tertio officium סופרים non minus politicorum apud Reges & Principes, quam sacrorum in Synagogis in enarratione & relatione maxime positam fuit. Esra ut סופר laudasse Deum, librum legis exposuisse, ad interrogata ex lege respondisse dicitur, scripsisse verò non dicitur : Nehem. IIX. 6. 13. Similiter celebris ille סופר Saphan, Regis Referendarius, de libro legis qui Chilkia Sacerdoti summo, in templo obvenerat, retulisse ad Regem, eum recitasse coram Rege dicitur, scripsisse non dicitur. Porro Cognatū ספר in significatione catalogi, narrationis & recensitionis primo adhibetur Gen. V. 1. post demū in significatione libri scripti. Præterea סופרים apud Jonathā-

nem

scribens turres, ut Avenarius in Lexico vertit. Hebræi interpretes saltem non omnes exponunt : *numerans turres* ; eadem phrasis reperitur Ps. XLIX. 13. ספר מגדליה *numerate turres ejus.* (δ) ex Conjugat. Secund. Hiob. XXXIX. 27. *Jam tum vidit eam sapientiam* ויספרה & *scripsit eam* ; placet scribendi notio Aben Esra : או ראה ויספרה אין ויספרה מן ויספר משה כי אם : ממספר או מן וללמוד ספר יהענין ווא כתבה וכמה : או ראה ויספרה In verbis his ויספרה non est è significatione loci (Exod. XIX. 8.) & *narravit Moses ; sed è significatione numeri, aut è significatione loci* (Dan. I. 4.) *ut doceret eos literas ; sensus itaque est : illa scripta est apud eum.* Idem sensus est loci Hiob. XXXIIIX. 37. *quis scribet nubes per sapientiam.* Placet scribendi notio Rabbi Levi Ben. Gerf. ויספרה שמה בספר וכתב אותה ור' ששם אותה להוק ולגיוס *significat, rededit eam in librum & scripsit eam* h. e. constituit eam in statutum & legem. Enimvero, haud inficiatur Aben Esra, significationem numerandi ab hac phrasi non esse alienam. (ε) Hiob XXXIIIX. 37. *qui scribet nubes per sapientiam*, approbat scribendi notionem Rabbi Jona apud R. Salomonem Ben Melech, item Aben Esra ; Convenientius tamen Junius & Tremellius locum exponunt e significatione vocis ספיר sapphirus : *quis Sapphirinas efficit nubes sapientia.* Kimchius locum de sapientibus exponit. 541

nem Paraphraſten æquipollent **רַבִּי** Prophetis & ſtudioſis ſeu diſcipulis e Schola Prophetarum politis ac iſtitutis, I. Sam. X. 10. 11. Secundum Eliam apud Buxt. in Lexic. æquipollent **רַבִּי**; hinc ſynonymicæ phraſes ſunt : **מְרַבֵּי סוֹפְרֵי** ex verbis ſcribarum, & **מְרַבֵּי רַבִּי** ex Rabbinorum & Sapientum auctoritate. Quid multa? habes formalem rationem denominationis ab ipſo Sp. S. ſuppeditatam Eſr. VII. 12. **סוֹפֵר** eſt **סוֹפֵר** enarrans præcepta legis domini & ſtatuta. Neque quæ in contrariam partem afferuntur dubia, tanti momenti ſunt, ut non facili negotio dilui queant. Cum Jud. v. 14. docti deſcribuntur : **מְרַבֵּי סוֹפְרֵי** trahentes ſtylum ſcriptorium, accidentalis ea eſt deſcriptio, ut Scholæ Logicæ loquuntur, non eſſentialis, ab adjuncto rei, non ab ipſa rei eſſentia deſumpta : quid ſi etiam haud incelebrium interpretum veſtigiiſ inſiſtentes locum ita transferamus : Sapientes convocantes ſtilo (non ſuo, ſed amanuenſis ſeu ſcribæ.) (6) Cum ſecundo **סוֹפֵר** hinc & inde denotat mercenarium ſcribam (7) amanuenſem ſive notarium exercitatum (8) accuratum atque fide dignum (9) cujus functio tantum in ſcribendo, & pingendis characteribus Ezech. IX. 2. In ſcribendis instrumentis publicis Jer. XXXIII. 18. Pl. XLV. 2. In deſcribendis albis Sacerdotum I. Chron. XXIV. 6. in confiſcendis libellis conſuetum &c. Eſ. XXXIII. 18. XXXVI. 3. in exarandis edictis Regiis Ezech. III. 12. In conſignandis eleemoſynis templi, 2. Reg. XII. 10. II. conf. 2. Chron. XXIV. 11. 16. poſita eſſe intelligitur, tum ſcias oportet, quod poſtquam eruditi, qui mul-

- (6) Junius & Tremellius : eruditi in ſumma dignitate conſtituti, quorum auctoritate conventus habentur, & quibus populares unis literis ad ſe tranſmiſſis obſequuntur. (7) Hujus generis Romanorum ſcribæ fuerunt; vid. Cornel. Nepos in vita Eumenis. (8) qui notis, id eſt celeriter ſcribebat, Quindilianus lib. XI. c. 11. eam ob cauſam Martiali Notarius velox nominatur lib. X. 62. 4. (9) Hinc fidem publicam merebatur, vid. Caſſiod. lib. XII. 5.

multum scribunt (licet non quatenus scribunt) סופרים appellari consueverunt, successu temporis consuetudo invaluerit, ut scribentes quicunque eodem nomine insignirentur. (10) Cum LXX. Vocabulum סופרים, v. g. 1. Reg. IV. 3. per γραμματῆς exponunt, nemo certe est, quem lateat γραμματῆς Scripturæ Stilo non tam scribas quam Scripturæ Sacræ interpretes notare. (11) Quæ cum ita sese habeant סופר in sacris est legis divinæ peritus, Theologiæ Doctor: in Politicis antistes juris, Referendarius Principis, Regi à Cancellis & secretis: in Philosophicis sapientiæ Professor, Magister Discipulusque Sapientum & Philosophiæ Candidatus. Hæc de etymo & formali vocis significatione. Quod si jam de usu vocabuli סופר, & quinam sint illi, qui eodem in pandectis sacris insigniti fuerunt, quærat, primo nobis sese offert Spiritus S. in comparatione perquam eleganti Ps. XLIV. סופר מִדֶּבֶר nuncupatus: Quod scriba stilo calamove, idem Spiritus S. virorum Θεοπνεύτων lingua oreque præstitit: expeditus Scriba & pure scribit, & quod scripsit, ne impura manu vel conspurcetur, vel penitus corrumpatur, si vir bonus fuerit, sedulo cavet: similiter Spiritus S. viventis aquæ purissima scaturigo verbum vitæ & pure eloquutus est, & divina προνοία cavit, ne hucusque vel Jota unum,

B

vel

- (10) Perinde ut Poëtæ, qui dum carmina facientes simul scribebant, apud antiquos scribæ vocati sunt. Huc facit locus Festi: Scribas, inquit, proprio nomine antiqui & librarios & Poëtæ vocabant. At nunc dicuntur Scribæ quidem librorum, qui rationes publicas scribunt in tabulis: Itaque quum Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset Carmen, quod a Virginibus est decantatum, quia prosperius res gestas Pop. Rom. geri capta est, publice attributa est in Aventino ædes Minervæ, in qua liceret scribis Histrionibusque consistere, ac dona ponere in honorem Livii, quia iis etiam & scribebat fabulas & agebat. (11) Accedit γραμματῆς seu γραμματιστῆς apud Herodotum & Platonem Scriptores antiquissimos prælectores & recitatores esse, vid. Joh. Wovverius in Polymath. cap. 4. scilicet γραμματῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων a literis, non prout Characteres exaratos sed prout Eruditionem notant, originem habet.

vel apex unus perierit. Matth. V. 18. exercitatus Scriba omnem
 lituram, literis tenebras suffundentem, virat: Similiter Spiritus S.
 quicquid ad salutem scitu credituque necessarium est, adeo ema-
 culate, adeo perspicue tradidit, ut verbum ejus sit & dicatur lu-
 cerna pedibus nostris, & lumen semitis nostris, Pl. CXIX. 105.
 Candidus Notarius fucum scribendo non facit, ita Sp. S. per
 Amanuenses suos ea simplicitate ac sinceritate sacras literas infor-
 mavit, ut sermo ejus vere sit & dicatur ipsissima veritas, Jolt.
 XVII. 17. Idem nihil eorum, quæ seu ad instrumenti publici, seu
 ad alterius scripti substantiam faciunt, præterit: ita Spiritui S. omnia,
 quæ sive ad fidem, sive ad vitam Christianam faciunt, visum est
 docere & scribere diligenter Luc. I. 8. Exercitatus scriba eo ver-
 borum selectu ac stili genere utitur, quod sua persuadendi vi in
 animis legentium aculeos relinquit: ita Sp. S. verbis mire em-
 phaticis verborumque divina & interna δεινότητι effecit, ut sermo
 ejus audiat δύναμις Θεῷ εἰς σωτηρίαν πάντῃ τῷ πιστεύοντι, ut meditan-
 tes eum trahantur a Patre Rom. I. 6. Joh. VI. 44. Notarius pu-
 blicus autenticas tabulas, autentica instrumenta in civilibus exarat,
 ad quæ si concordant apographa, vera, sin minus, falsa judicantur:
 Similiter doctrina Sp. S. utpote ἀρχέτυπος & Θεόπνευστος λόγος, au-
 tentica est, ad hanc unam versiones omnes ut rivuli ad fontem
 examinandæ sunt. Sed satis de Nomine ספר prout in Spiritum S.
 cadit; progrediendum ad homines atque videndum est, de qui-
 bus hos inter idem Nomen usurpetur: In Ecclesiastico ordine
 eminet Esra, qui ut partim in suo, partim in Nehemiæ libro mul-
 toties absolute ספר, ita Esræ VII. 6. cum notabili epitheto ספר מלך
 nuncupatur. An idem fuerit Esra, ut quibusdam placet (12) qui
 Malachias Propheta, disquirere hic nil attinet; ad scopum potius
 nostrum facit ostendere, quando ספר appellatur, non primario &
 formaliter ad actum numerandi, quod literas vocabula & versus
 Canonis

(12) Quibus præivit Jonathan Paraphrastes Malach. I, 1.

Canonis Israeliticæ Ecclesiæ numeraverit: (13) neq; ad actum scribendi, quod sive libros sacros descripserit (14) sive libros desideratos è memoria depromptos conscripserit (15) sive signa distinctiva versuum (16), sive puncta vocalia & distinctiva (17) variasque lectiones in margine adscripserit vel omissas restituerit, sive loca depravata correxerit; (18) sed ad actum legem Dei interpretandi, enarrandi, docendi. Primo namque phrasis illa סופר סדיר בקורת סופר יהוה ubi סופר cum ב constructur, neque descriptionem, neque conscriptionem legis, neque punctorum adscriptionem, neque correctionem sphalmatum formaliter & ex usu infert, quin potius legis & juris divini peritiam, quod Megalander Lutherus videns vocabulum סופר, quater de Esra adhibitum vertit, *Schriftgelehrter*/Junius & Tremellius Legisperitus. Deinde v. II. ratio denominationis,

B 2

& quo

- (13) Ratio hæc in Talm. Babyl. de סופרים generatim adducitur Tr. Kiddusch. לפיכך נקראו ראשונים סופרים שחיו סופרים כל לפיכך נקראו ראשונים סופרים שחיו סופרים כל סופרים, quia numerarunt omnes literas legis. conf. Elias Levita in Præf. 3. libri Masoreth. Ephodeus in Præf. Grammat. Nam סופר nec in sacro Codice, nec in Rabbiorum Scriptis, substantive pro Numeratore adhibetur: Itaque allusio potius est quam vera denominationis ratio. Dato etiam hoc, veram esse, non ad סופרים biblicos, sed posteriorum temporum eam pertinere judicandum est. (14) Huc facit integer tractatus, סופרים inscriptus, in Talmude Babylonico. Huc etiam facit locus in Pefachim cap. 4. f. 50. עשרים וארבעה תענות ישבו אנשי כנשת הגדרה עך כותבי ספרים תפלין ומזוזות שלא יתעשרו viginti quatuor jejuniis confederunt viri Synagogæ magnæ propter scribas librorum Sacrorum &c. (15) ut Suidas opinatur. (16) vid. R. Gedalja in שרשלת הקבלה fol. 21. (17) Ut Elias Levita in Præfat. III. libri Masoreth. ex Efr. VII. 6. inferri posse putat. (18) Teste & iudice Ephodeo in Præfat. Operis Grammatici. Huc facit תקון סופרים correctio scribarum, de qua Philologi passim. (20) Hinc Salvatoris nostri Jesu Christi officium Propheticum à Theologis nostratibus constituitur in sufficientissima voluntatis divinæ annunciatione, in Evangelii prædicatione, Ef. LXI. & vera Legis interpretatione, Matth. V, 20. 543

& quo respectu Esra dicatur סופר explicare additur: quia סופר, enarrat (scribendi significatio dubia est) & docet praecepta Jehovæ & Statuta ejus. Tertio nullibi locorum, ubi Esra nomen hoc tribuitur, dicitur scripsisse, dicitur vero in solemni populi panegyri recitasse legem, Nehem. IIX. 3. in cathedra constitutus aperuisse librum v. 5. per Levitas explicasse populo librum legis v. 8. docuisse populum Statuta ac judicia, Esr. VII. 10. ad dubia respondisse Nehem. IIX. 13. Accedit, quod sacerdos vocetur, Esr. VII. 11. cujus officium erat docere populum, Malach. II. 7. orare pro populo eique benedicere, Hebr. VII. 25. quod Prophetæ provinciam sustinuerit, cujus functio præcipua est populo voluntatem Dei manifestare, prædicare Evangelium, interpretari legem (20.) Quod non minus apud Regem Persiæ Esr. VII. 6. quam inter Judæos in altissimo amplissimoque gradu dignitatis locatus fuerit. Nehem. IIX. 20. imò Præses Collegii, cui doctissimi & summi quique viri, ipsique adeo Prophetæ Haggai, Zacharias & Malachias interfuerunt. (21) Quod denique Sapientes Synagogæ in Talmude Tr. Sanhedrin locum Esr. VII. de interpretandi & docendi præstantia exponant. כי עזר הכין לבבו לדרוש בתורה ויהיה וישורת וללמד כי עזר הכין לבבו לדרוש בתורה ויהיה וישורת וללמד Epitheton מהיר designat generatim exercitatu expeditum & במלאכתו in suo opere & sua arte perfectum. Proverb. XXII. 29. Speciatim judicem ex omni parte bonum & in justitia administranda facilem, Es. XVI. 5. Interpretem sacrum in enarrandis & explicandis sacris literis expeditum, promptum, consummatum. Esram multi alii excipiunt; horum in numero fuit סופר Es. XXXIII. 18. interprete Raschi & Hieronymo: fuerunt סופרים, quorum Jer. IIX. 8. mentio fit, cum juxta contextum, interprete Kimchio, non alii quam סופרים sapientes & periti legis designari queant. Sacrum excipit Politicus, in quo titulo סופר usi sunt Ministri Regum præcipui

(20) Huc facit, quod Mosi comparetur in Thalmud. Tract. Sanhedrin.

(21) Genebrardus lib. II. Chronol. Prophetis succedit Synagoga magna, cujus Principes Esras, Nehemias, Mardocheus, Zorobabel. Ephodeus in Præf. Operis sui Grammatici, conf. Buxtorf. Tiber. p. 23. 29.

cipui Cangler/ Geheimbde Rätke/ Hof- und Justitien-Rätke/
 Referendarii, Jonathan Patruus Davidis Davidi a consiliis erat, juxta-
 que סופר 1. Chron. XXVII. 32. similiter Rechum כעל סעם Praefes
 Consilii erat, Schimschai vero סופר, Referendarius in Collegio in-
 timo & summo. Efr. IV. 8. 9. 10. ejusmodi סופר Referendarius Re-
 gis Jehu erat Saphan 2. Reg. XXII. 7. 8. 9. 10. 12. 2. Chron. XXXIV.
 18. 20. In Ministerio Davidis Scheraja, 2. Sam. IIX. 17. & Scheja,
 2. Sam. XX. 25. Schavescha, 1. Chron. XIX. 16. In Ministerio Salo-
 monis Elichoreph & Achija, 1. Reg. IV. 3. in Ministerio Joachi ille
 סופר מלך 2. Reg. XII. 10. II. 2. Chron. XXXV. II. in Ministerio Re-
 gis Hiskia Sebna. 2. Reg. XIX. 2. conf. Jer. XXXV. 10. 12. 20. 21. 23. 26. 32.
 Jer. XXXVII. 15. 20. Quemadmodum vero סופר nonnunquam
 contradistinguuntur iis, qui à Consiliis Regum sunt, licet utraque
 functio in una persona quandoque concurrat, 1. Chron. XXVII. 32.
 Ef. IV. 8. 9. 10. ita contradistinguuntur etiam Ministris Regiis aliis
 סופר מזכיר appellatis v. 9. 2. Chron. XXXIX. 8. & 13. Coll. 2. Reg.
 XXII. 3. 8. Saphan Regis Josia סופר, Joachas מזכיר Ef. XXXVI,
 3. Sebna סופר & Joah מזכיר, 2. Sam. IIX. 16. 17. Japhat, מזכיר
 Seraja סופר fuisse memoratur. Si de differentia horum quæras,
 hanc ex inductione locorum habe, יעץ generatim Consiliarius est,
 סופר Consiliarius, Secretarius, & qui seculi stilo, simul Referenda-
 rius, der den Vortrag hat, מזכיר idem à Consiliis & Secretis est
 sed speciatim à Commentariis, à Cancellis, ein Cangler. Exinde
 vero simul intelligitur, quam dignitate politici סופר, (sacros
 in excelso loco constitutos fuisse, ex iis, quæ supra commentati fui-
 mus, cognoscere datur) tuiti fuerint, eam nimirum, quam qui
 Regibus atque Principibus à Cancellis, à Consiliis, à Secretis esse
 solent, apud nos sustinent, h. e. vel summam vel à summa plerum-
 que proximam. (22) De honestis ac splendidis functionibus & of-
 ficiis partibus cum sacrorum, tum politicorum non est, ut præter id,
 FP B 3 quod

(22) Perinde ut apud Græcos, referente Cornelio Nepote. *Scriba,*
 inquit, *multo apud Græcos honorificentior est quam apud Romanos.*
Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii Scriba æstimantur.

quod dictum jam est, aliquid addatur. Ad Philosophos atque Discipulos sapientum pergimus, de quibus si ea loca, ubi vox Hebræa נביא Propheta à Paraphraste Chaldæo per ספר transfertur, ad nostrum institutum accipiamus, à mente Scripturæ Sacræ haudquaquam aberrabimus. v.g. cum 1. Sam. X. 10. quæritur: an Saul etiam כנביא inter prophetas, Chaldæus כספריא conf. Es. III. 2. IX. 15. Quoniam prophetæ illi non cœlestis solum Sapientiæ, non divini tantum humanique juris, sed & humanæ sapientiæ placitis, rerum naturalium, ad quas Medicas referimus, ac Moraliū notitiā comprehendētis, imbuebantur. Utque tanto minus dubitemus, vocem ספריא apud Hebræos antiquissimos pro studiosis & Candidatis Sapientiæ imo & Magistris adhibitum fuisse, facit πολλοὺς ἑλλήτων illud Rabbinorum, קנאת סופרים תרבה חכמה: *emulatio scribarum* h. e. (ut Buxtorfius in Lexico transfert) *studiosorum auget sapientiam*, & aliud in Cofri: disce ex ore סופרים non ספרים, Magistrorum non librorum. Enim vero, cur eos inter Hebræos anxie conquirimus? etiam Talismodi סופרים i. e. rerum divinarum & humanarum altissimam scientiam habentes, exercentes, aliquando & professuros, ipsa Alma nostra æterno Numini sit laus, honor & gloria, haud paucos in sinu suo fovet, LXXV. (numerus ne fando quidem in hac Academia auditum) juvenes, indole bonos, ingenio nobiles, virtutis, industriæ eruditionis & sapientiæ laude egregie florentes, cras in solennissima panegyri sistet Philosophorum Collegium, & non sistet solum, verum & omnes, quam modeste petierunt, & qua, præmissō examine, se dignos exhibuerunt, in publicum testimoniū pariter ac præmium, inter ipsa juba supra in philosophia laurea decenter condecorabit. Quorum nomina eo ordine, quem non meritis, ultimus enim & primus sunt hic in honore pares, sed vel collati Baccalaureatus, vel Civitatis Academicæ jure obtinent, sequuntur:

ERNEST.

Apud illos e contrario nemo ad id officium admittitur, nisi bono loco, & fide & industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum cum esse participem. Quod in Imperatorum Græcorum Aula Primicerius seu Protonotarius maximam obtinuerit dignitatem inter alia vel ex eo videre licet, quod ἐπίγειος λόγος nuncupatus atque Pro-Consuli æquiparatus fuerit, vid. G. Pancirol. Comment. in Not. Imper. Oriental.

ERNESTUS MULLERUS, Haynroda Cheruscus, Pastor Bruccensis.
 GEORGIUS Nothdurfft/ Brunsvicensis Pastor Stockhemensis.
 Gotthelf Michael Mauefisch/ Freybergenfis Misn.
 JOHANNES CHRISTIANUS CLAUSIUS, Lipsiensis.
 CHRISTIANUS FRIDERICUS REINECCIUS, Islebienfis.
 FRIDERICUS SCULZIUS, Marckleberga Misnicus.
 JOHANNES CHRISTOPHORUS MOERLINUS, Baalsdorfio-Misn.
 JOHANNES CHRISTOPHORUS PFAUZIUS, Lipsiensis.
 CHRISTIANUS HENRICUS Weiße/ Hohensteinensis Misnicus.
 POLYCARPUS CHRISTIANUS Sauerefig/ Gräfenhayna Saxo.
 CHRISTIANUS HEINRICUS Schrey/ Dresdensis.
 CHRISTIANUS DANIEL Stender/ Lipsiensis.
 JOHANNES GOTTFRIEDUS MULLERUS, Tzwon. Misn.
 CHRISTOPHORUS Brückner/ Streckenwalda Misnicus.
 Gottfried Ludwig/ Landeshutâ Silesius.
 ELIAS ANDREAS HANCKELIUS, Franckenhufa Thuringus.
 JOHANN. AUGUSTUS HANCKELIUS, Franckenhufa Thuringus.
 JOHANNES BIELIUS, Schwartzburgensis Thuringus.
 ERNESTUS GEORGIUS GOELITZIUS, Rudolphopol. Thuringus.
 JOHANNES CHRISTOPHORUS HOMMELIUS, Leucopetra Misn.
 AMANDUS GOTTHOLD FEHMELIUS, Leipnicensis Misnicus.
 JOHANNES GOTTHARD Teutscher/ Lipsiensis.
 GOTTFRIED OBADIAS THYMUS, Cygnea Misnicus.
 JOHANNES CHRISTIANUS LAUE, Quedlinburgo Saxo.
 JOHANNES GEORGIUS Schweizer/ Mugela Misnicus.
 THEODOSIUS GOTTHARD RHÆSA, Weissensea Thuringus.
 THOMAS WEINRICHIUS, Lipsiensis.
 DAVID FRANCKIUS, Chemnitio Misnicus.
 FRID. QVIRINUS GREGORII, Francofurtanus ad Odëram.
 JOHANNES ENGLERTUS, Schweinfurto Francus.
 JOHANNES GOTTFRIDUS EYBIUS, Ehrenfridersdörffensis Misn.
 FRIDERICUS RUDOLPHUS GRÆFIUS, Wellewicensis Misnicus.
 SAMUEL GOTTLIEB HEINE, Magdeburgensis.
 CHRISTIANUS LEYPOLDUS, Kunizscha-Wurcensis.
 FRIDERICUS Schen/ Görlicio-Lufatus.
 JOHANNES CHRISTOPHORUS MEINIG, Lipsiensis.
 CHRISTIANUS GEORGIUS Schwalbe/ Quedlinburg.
 JOHANNES CHRISTIANUS BARTHIUS, Zittâ-Lufatus.
 JOHANNES JACOBUS Gottschalt/ Eybenstoccensis Misn.
 JOHAN. CASPAR. KREGEL, Sangerh. Thur.

545 WOLFG.

WOLFFG. CHRISTOPH. WIGANDUS, Sveofurdenf.
 CHRISTIANUS SCHOETGENIUS, Wurcenfis.
 Michael Ehrenfried Krause/ Neostad. Misnicus.
 GEORGIUS FRIDERICUS RICHTERUS, Schneeberga-Misn.
 JOHANNES CHRISTIANUS HEDENUS, Arnstadio Thuringus.
 JOHANNES DAVID Henrichsdorff/ Gedanensis Prussus.
 JOHANNES FRIDERICTS THOMÆ. Swidnicensis Silesius.
 GERHARDUS HERMANNUS MENCKENIUS, Oldenburgensis.
 GEORGIUS SAMUEL MULLERUS, Culmizschenfis Variscus.
 GOTTFRIEDUS CONRAD, Lipsiensis.
 HENRICUS NICOLAUS GVISIUS, Longo-Salisin Thuringus.
 JOH. GOTTFRIED. HEERBECK, Martisburgens.
 JOHANNES CHRISTOPHORUS BIERLING, Altenburg. Misn.
 GEORGIUS REINHOLDUS SCHUBART, Glaubiza Misnicus.
 JOHANNES ERNESTUS Fromler/ Schneebergens. Colleg. Tert.
 CHRISTIANUS FRIDERICUS Schwarz/ Altenburgensis Misnicus.
 ABRAHAMUS BEYER, Freybergensis Misnicus.
 JOH. CHRISTIANUS WOLFFIUS, Lipsiensis.
 VALENTINUS Finckel/ Eisdorfensis.
 GEORGIUS GOTTFRIEDUS WEBER, Lipsiensis.
 JOHANNES GOTTFRIEDUS EBERSBACHIUS, Schmona Thuringus.
 CHRISTIANUS FREGE, Rupinensis Marchicus.
 FRIDERICUS EGGELINGIUS, Magdeburgensis.
 JOHANNES FRIDERICUS WEINICH, Muchla Thuringus.
 BALTHASAR HAYDORN, Arnsdorffio Silesius.
 JOHANNES GEORGIUS KECK, Alzendorfensis Misnicus.
 CHRISTIANUS GOTTLOB WEISE, Zittavia Lusatus.
 JOHANNES GEORGIUS WEBERUS, Zittavia Lusatus.
 CAROLUS CHRISTOPHORUS Jünger/ Misenenfis Misn.
 JOHANN. GEORG. LAURENTIUS, Longo-Salisianus.
 GODOFREDUS FUCHSIUS, Belgrenfis Misnicus.
 HEINRICH GOTTLIEB LORENZ, Heydelberg. Misnicus.
 CHRISTOPHORUS Schütze/ Schönenfis Misnicus.
 WOLFGANG FRIDERICUS TRETSCHER, Emtmansberga Varisc.
 JOHANN. CHRISTOPHORUS RÜLL, Norimbergenfis.

Hos omnes & singulos, inquam, non meritis, sed vel collati Baccalaureatus, vel Civitatis Aca-
 demie nostrae jure locatos crastino die, volente Deo, finitis sacris matutinis, in templo Paulino Doctores
 h. e. Magistros Philosophiae publice pronuntiabimus. Quem actum publicum, ut illustrissimae Legati,
 Aulegati, Rector Academiae Magnifice, Proceres utriusque Reipublicae, splendidissima Vestra Honora-
 tumque praesentia celebratiorem efficiatis: Vosque Juvenes studiosi generosi & nobilissimi
 attentione benevola ornatis, submississime, humiliter atque officiose rogamus:

P. P. die 5. Decembris Anno MDCCLX.

— 333 — X O X — 333 —